Caseos. De *Mansionariis* xxx maldri diversi generis, Abbati servitium unum. Preposito xv. solidos, IIos pingues porci in pascha, ad bargen x maldros.

§. 14. De *Scatissen* xx maldros tritici et xl. maldros diversi generis, v maldros caseorum, preposito xv solidos, x skipulos pisarum. De *Mansionariis* l maldros.

§. 15. De *Heisten* xx maldros tritici diversi generis, x scipulos pisarum, IIos et dimidium maldros Caseorum. Preposito dimidium Talentum.

§. 16. De *Rimbekke* xx maldros tritici, xl maldros diversi generis et dimidium talentum. De *Ossendorf* . x maldros diversi generis. Ad Dominicalem elemosinam, crucem portantium, vii mansi et xi jugera et IIIIor dimidii *servientium*. A Dominicali solvuntur lx modii siliginis et XXXta modii tritici, Lta scipuli pisarum excepto servitio. Item ii Mansi dimidii, *servientium*.

§. 17. In *Hüldissen* (bei Eimbecke) XIIIIcim mansi possessi a litis, et unus quem habent operarii, ad dominicale xii mansi quorum unusquisque solvit ii porcos vel ii solidos, ovem cum agno, vii scipulos siliginis et ii tritici ad semen xxx scipulos bracii avene, xx tegulas vel ii nummos.

§. 18. *Servitium Abbatis ad unum diem* hoc est: v porci pingues et unum sicuarh, IIos porcellos IIos anseres, x gallinas, xv caseos, c ova, pisces ipsos vel solidum ad pisces, v maldros tritici IIos siliginis et unum siliginis ad elemosinam, xv Caseos, cervisiam unam xxx sitularum vel modiorum, et unam situlam mellis ad medonem, xxx picarios, c scutellas.

Beilage 40.

Verzeichniß vom Abt Wedekind über die Einkünfte aus dem Nord- und Südlande, 1185 — 1205.

Ex Cop. Saec. XIII.

Hii sunt redditus, quos ego Widekindus Abbas inveni.

§. 1. *Curia in Loten* solvit tria diurna servitia, vel pro servitis IIIIor marcas et dimidiam, et xl. malt. siliginis, quem dat familia; xl. arietes, xxxii Warlaken, xiiii. maldra Caseorum xx. Urnas butyri et cccl. Luceos, et post iii annos unum hospitium: et cum aliquis de familia ejusdem Curie discedit, quidquid de hereditate ipsius in equis aut pecoribus *masculini sexus* fuerit, Abbatem contingit, cetera vero Villico debentur. Si uxor alicujus Litonis decesserit, que non habet filiam in nuptum, hereditas ejus, que dicitur *Rade*, Abbatem contingit. Cum filius recipit

Mansum patris sui defuncti, dabit fertonem: tantum dabit filia Litonis mansum habentis, si matrimonium contraxerit. Magistro Carpentariorum dantur de eadem Curia VIII. solidi IIIIor denariorum minus, ad emendos boves.

§. 2. *Curia Lotten* duo servitia, que redimuntur tribus Marcis; V malt. siliginis, XIII. arietes, VII. Warlaken. Tota hereditas Litonum mansos habentium Abbatem contingit, et cetera omnia ut in Curia Loten. In tertio anno unum Hospitium.

§. 3. *Curia Lonigge* solvit duo servitia redimenda tribus Marcis, XVIII. malt. Siliginis, XVIII. Warlaken, XXVI. arietes. Post III. annos unum Hospitium. Tota hereditas Litonum Abbatem contingit, et cetera omnia ut in Curia Loten.

§. 4. *De Bunne* dantur Abbati V. solidi, Cruciferariis VII. solidi et VI. denarii ad emendam fabam: Abbati II. Warlako et dimidium, III. arietes et dimidium. Post III. annos quartam partem unius Hospitii. Hereditates Abbatem contingunt, et cetera omnia ut in Curia Loten.

§. 5. *Curia Hellete* solvit XVIII. malt. siliginis et III. modios, X. malt. Brazii, XVIII. malt. avene, XVII. arietes, XIII. porcos, quorum quilibet valebit VI. nummos, II. Vaccas, unamquamque duos solidos valentem. Familia dat XII. denarios pro Caseis, aut caseos tantumdem valentes. Item XII. denarios vel linum tantum valens. Jus hujus Curie in hereditatibus et monitionibus aliis est sicut in Curia Loten.

§. 6. *Curia Verseburth* solvit XII. malt. siliginis et XII. modios, unum malt. avenatici bracii moliti et VII. modios, XVIII. malt. avene, XVI. arietes, VI. Porcos, quorum quisque VI. nummos valet, Vaccam duorum solidorum, XV. denarios pro Caseis vel Caseos tantum valentes, C. pullos, duas aucas, XX. scutellas, XII. Picaria (Becher), XV. suenas Murenularum, et I. Esocen, X. Kemel (oder Remel) Lini. Jus hujus Curie in Hereditatibus et Monitionibus aliis est sicut jus Curie Loten.

§. 7. *Curia Medestorp* solvit marcam et in tertio anno dimidium Hospitium.

§. 8. *Curia Werpe et Mimekehusen* in tertio anno dimidium Hospitium.

§. 9. *Curia Vredern* solvit duo servitia III. marcis redimenda, in tertio anno Hospitium.

§. 10. *Curia Meppen* I servitium marcam et dimidiam solventium, in tertio anno I. Hospitium.

§. 11. *Curia Werlete* XV. sol', in tertio anno Hospitium.

§. 12. *Curia Gropendorp* XV. sol', in tertio anno dimidium Hospitium.

§. 13. *Curia Vronehusen* duo servitia tribus Marcis redimenda, in tertio anno Hospitium.

§. 14. *Curia Sutholt* solvit in tertio anno quartam partem unius Hospitii.

§. 15. *Curia Golda* solvit duo servitia tribus marcis redimenda; in tertio anno Hospitium.

Hii sunt Redditus Abbatis in Nortlandia.

§. 16. *Curia Munden* solvit II. servitia, et unum Hospitium.

§. 17. *Curia Godelovesheim* solvit XXX. malt. tritici et CXXX. Siliginis, Hereditates que dicuntur *Bedemunt* Abbati cedunt, et I. Hospitium.

§. 18. *Curia Ymmichusen* solvit I. servitium et I. Hospitium.

§. 19. *Curia Volmersen* I. servitium, cujus tertiam partem dat.

§. 20. *Curia Liutersen.*

§. 21. *Curia Twisten* solvit I. servitium et I. hospitium.

§. 22. *Curia Papenheim* solvit II. servitia et I. hospitium.

§. 23. *Curia Scerve* I. servitium et I. hospitium.

§. 24. *Curia Dasburch* solvit I. servitium et I. hospitium.

§. 25. *Curia Horhusen* solvit I. servitium et Hospitium.

§. 26. *Curia Lutmarsen* solvit I. servitium et I. Hospitium.

§. 27. *Curia Ammelungsen* solvit XX. malt. Tritici, CXXX. maldra siliginis, duos porcos aut X. solidos, sex uncias ovorum. XXV. mansi pertinent ad eandem Curiam, quorum quilibet solvit ovem et agnum, unum autumpnale malt, IIII. somos avene, dimidium plaustratum lignorum, V. modios tritici brazei, et I. hospitium.

§. 28. *Curia Beverungen* solvit II. servitia et I. hospitium.

§. 29. *Curia Hemmendorp* I. servitium, XL. malt. siliginis et dimidium et unum hospitium, XXXIII. somos avene, IIIIor urnas mellis in Nativitate sancte Marie, in festo Lutrudis XV. modios avenatici brazii, in Nativitate Domini tantum, in Pascha tantum; XX. porcos et V. Portario XX. sol'. Huxariensis monete, in festo Lutrudis V. uncias ovorum, in Natali tantum, in pascha tantum.

§. 30. *Curia Huldensen* solvit IIII. servitia, et unum Talentum, et unum Hospitium.

§. 31. *Curia Erkle* solvit duo talenta pro servitio et unum hospitium.

§. 32. *Curia Meinberge* II. talenta pro servitio, et unum hospitium.

§. 33. *Curia Emelessen* solvit duo talenta pro servitio, et unum hospitium.

§. 34. *Groningen* sunt VII. mansi et dimidius, mansi Litonum XXI., quorum quilibet solvit agnum cum ove, porcum I. valentem IIIIor sol', XII. modios bracii, V. modios Siliginis ad sementem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IIII. modios avene ad sementem, singulis annis III. Vectiones Corbeye aut III. sol', III. Vectiones Goslarie aut octo denarios, II. Vectiones in silvam aut IIII. denarios, unam Vectionem Bardewich, aut unum nummum. Quivis Mansus dabit IIIIor rotas et post alterum annum I. pullum. Quivis mansus debet metere duo jugera singulis annis.

§. 35. *Croppenstete* pertinent VII. mansi et dimidius, XXV. mansi Litonum, quorum quilibet solvit sicut mansus in Groninge.

§. 36. *Ammendorp* sunt XX. mansi Litonum, quorum quilibet solvit sicud mansus in Groninge. Sunt preterea VI. mansi in Groninge et in Croppenstede, quorum quilibet solvit X. scok avene et X. malt. tritici. S... torp sunt II. mansi, quorum quilibet solvit XV. ova in pascha. In festo sancti Viti X. ova et I. pullum, in Septuagesima X. ova et I. pullum, XI. denarios pro polingis et ovem cum agno, et II. Libras Lini.

§. 37. In octava sancti Stephani dantur Domino Abbati *de Monekehusen* V. mald' tritici, II. mal. siliginis, III. Cerevisie, IIIIor urne mellis, II. pisces valentes VI. graves solidos, X casei, CC. ova. In festo sancti Bonifacii tantumdem. In octava sancti Viti tantum. In festo sancti Laurentii omnium predictorum medietas donatur preter pisces, pro quibus dantur duo Salmones de Lachem.

§. 38. *De Bodrike* in octava sancti Stephani datur unum maldrum tritici, Ia Cerevisia, duo urne mellis, unus piscis valens IIIIor solidos graves, V. Casei, C. ova. Item Bodricke in festo Bonifacii II. maldra tritici, reliqua ut in octava Stephani. Idem Bodricke in octava sancti Viti sicut in festo sancti Bonifacii. Item Bodricke in festo sancti Laurentii datur medietas omnium, que in festo ejusdem datur de Munckehusen. Ad hec servitia dantur XX. Victime de Munekehusen, de Bodrike in Natale Domini ad servitium Fratrum: dantur Domino Abbati XV. modii avenatici brazei et duo modii ad elemosinas, et due urne mellis.

§. 39. *De Hemmendorp* in Pentecosten de eistem Curiis tantum, in festo sancti Dyonisii tantum. Item dantur Domino Abbati undecim urne mellis in autumpno de Munekehusen.

§. 40. Iste Ecclesie pertinent ad Ecclesiam Corbeyensem. *Aschendorp* cum Capella *Redhe, Lothen, Werlethe, Sugele, Meppen, Bochlo, Vrederen, Biphem, Oyte, Croppenstede, Kneten, Bernestorp, Visbike, Bachem, Hesepe* que subest Ecclesie *Meppen*.

§. 41. *De Herehusen* I. Hospitium et I. servitium et X. soccos Manipulorum et I. salemonem in Cena Domini, CC. allecia, CC. ova, L. frusta de Rasoriis et cultellis et forcipibus, cautori vestitum unius pauperis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. 42. *De Helmelinghusen* vii †. (7 1/2) maldrum annone Horhusensum mensure. Suedelon vii †. solidi sosatien monete, de molendino marcam, de areis xxi. solidi, de *Dorslon* xxx. mold', videlicet x. siliginis et xx. avene, et ii. porcos.

§. 43. *Uwkenackere* (alibi oudacker) xiiii. sol. gravis monete et xviii. denarios ejusdem monete *de Aslekorne.*

§. 44. *De Munekehusen* in octava sancti Stephani ix. somos ordeacei brazei et v. mald' tritici, ii. mold' siliginis, xxx. caseos, cc. ova, vi. graves solidos pro piscibus, iiii. Urnas mellis. In octava sancti Viti omnia supradicta dantur, in festo sancti Bonifacii similiter: in festo Laurentii xii. somos ordeacii brazei, ii. urne mellis; pro piscibus de Lacheim f' et cetera ut in supradictis festis. Faciunt autem unum somum vii. modii secundum mensuram granarii. Item *de Munekehusen* xv. sol. graves pro pellicio, et in anno i. hospitium et Abbati xi. urne mellis. De Smethe.

§. 45. Item *de Bodrike* in pascha et penthecosten, et in nativitate Domine medietas omnium, que de Munekehusen solvuntur, et in festo Kiliani xiiii. sol' pro pelliciis, et unum hospitium annuatim. Hec ad servitia Fratrum pertinent. Habent autem Abbates de iisdem Curiis sua servitia, que diurna appellantur, videlicet de Munekehusen IIIIor servitia, de Bodrike duo.

§. 46. Si autem quis scire voluerit, quid pertineat ad diurnum servitium, hec sunt: vi. pingues porcos et unum Spaineverken, et eos debet eligere Dapifer, qui est infra Urbem (das iſt, welcher zu Korfei intra Muros et Burgbannum wohnte, das man Urbs nennte), et ad hoc assumpto toto Pheodato, et discutere, utrum sint competentes, precipiente hoc Camerario Domini Abbatis; hoc est sub ea fide qua tenentur Ecclesie. Et preterea dabuntur LX modios ordei, ii modios ad elemosinam, i. moldrum ad innlos (fors mulos) et x. moldra avene, v. mold' tritici, ii. molt' siliginis, ii. urnas mellis, xxxiii. crateras, c. scutellas, x. pullos, ii. aucas, x. ollas, ii. tinas, ii. vasa, et ii. cannas, et i. ligneum mortarium, et ii. guietas, et ii. equorum subferramenta, et ii. facisculos, et ii. Boten de Lino, i. modium sal, i. crateram sinapis, xii. denarii ejusdem monete, ubi residet horum dator pro piscibus, dimidium soccos avene, si persolvitur in ipsa Curia servitium, et similiter i. talentum piperis; sed haec duo extra Curiam non dantur, et xxx. Caseos ovinos et ii. Caseos ita magnos, ut pollex in medio positus vix ipsorum pertingat extremitates.